

Biographische Schriften über Ettenheim-Münster von Carl Will.

261

ratam tamen orationem: „stella coeli etc.“, privatim omittere nullus sibi pro piaculo imputet, ne scrupulis via aperiatur. Assumpta namque fuit eadem oratio<sup>1</sup> in choro recitanda tantum, seclusa obligatione sub peccato, quamvis eam horis canonicis extra eorum etiam addere sit laudabile, prout consuetudo inolevit et mos jam habet<sup>2</sup>. Praeterea obtinuit hic abbas facultatem et potestatem, certe antehac nulli abbatum unquam concessam per bullas authenticas sive brevia apostolica a sanctissimo dom. papa Benedicto<sup>3</sup> XIII. huius nominis pontifice maximo<sup>4</sup>, vi quarum tam ipse, quam eius successores, imo et omnes abbates nostrae congregationis Argentinensis potestatem acceperunt non solum campanas, calices etc. benedicere, sed insuper et altaria, tam portatilia quam fixa, ecclesiarum jure patronatus cuilibet congregationis monasterio incorporatarum seu unitarum consecrare. Sicut et die 25. Novembris 1728 tria altaria fixa ecclesiae in Schwaighausen nostro monasterio incorporatae solenni ritu et actu consecravit, potestatem auctoritate et privilegio papali speciali communicatam prima tunc vice exercendo<sup>5</sup>. Potestas haec sicut non parum attulit commodi cuique totius congregationis<sup>6</sup> monasterio, ita et abbatum auctoritatem reddidit magnificentiam et ampliorem. Erat hic papa Benedictus XIII. ex ordine sancti Dominici, quapropter religiosus viris summopere inclinatus, cuius fama sanctitatis ubique terrarum preceperat ob varia ab

eo in vivis adhuc patrata miracula, inter quae haud postremum illud censendum, dum virum Aethiopsis instar nigrum vultuque terribilem e conclavi eminentissimorum dom. cardinalium in electione novi papae dissidentium exeuntem conplexit, caeterisque digito indicans monstravit, quem communi voce diabolum, utpote pacis et unitatis dissipatorem et inimicum fuisse cuncti asserebant. Sedatis itaque discordiis ac redintegrata<sup>7</sup> eligentium unitate, Benedictus iste XIII., huius nominis papa, die 19 Maii 1724 unanimi calculo ad summum ecclesiae bonum ingentemque christianae reipublicae laetitiam proclamatus et salutatus est. Ante papatum in s. Praedicatorum ordine frater Vincentius Maria nominabatur et licet jam triplici thlara insignitus dioecesis Beneventanam (cui antea archiepiscopus praesederat) visitaret, non alio usus est nomine, nec aliter quam frater Vincentius vocari nominarique est passus. In itinere ab omni abstinuit pompa honorumque plausu, pluribus et eximiiis indicis, utpote morum integritate, vitae sanctimonia, jejuniorum frequentia, humilitate<sup>8</sup> praeclarissimi huius viri praestantia divulgata coepit ipsos etiam hostes fidei nostrae<sup>9</sup> adversarios in venerationem adducere. Haec brevia<sup>10</sup> de optimo ecclesiae merito patre et pastore Benedicto XIII. historiae nostrae sicut placuit inserere, sic non pigebit apposita legere<sup>11</sup>, et ne de tam celebri pontifice aetas praesens immineat ignara et surda posteritas famam ingratis accusare possit, haec<sup>12</sup> de multis pauca admodum non praetereunda silentio excerptimus, harumque serie volumus intumescere. Plura de eo reperies in: „Roma sancta etc. edita per Joannem Rudolphum Conlin canonicum ad sanctum Petrum, Augustae de anno 1726.“ \* Decedente Benedicti pontificis huius praedecessore Innocentio XIII. vacaverat sedes ad aliquod tempus. Interea famosa quaedam charta de futura papae electione referens sequentem<sup>13</sup> reflexionem est sparsa et Romae<sup>14</sup> affixa, quam, quia curiosa, pariter lectori lubuit ob oculos ponere: Reflexio de futuro pontifice facta anno 1724. Quaestio: Si coelum, si Romanus populus, si feminae, et si denique diabolum deberet eligere novum pontificem, quis erit? — Responsio: Si coelum eligeret, erit Orsini; si populus Romanus, Barberini; si feminae, Ottoboni; si diabolum, Alberoni. — Coelo igitur propitio, Benedictus XIII. e familia Orsini, de quo haec tenus narravimus, est electus, quem cum sedisset<sup>15</sup> annis quinque in pontificatu, seculus est Laurentius e nobili et praeclara Corsinorum stirpe oriundus, dictus Clemens XII. Et is demum anno 1740 die 24<sup>16</sup> Januarii fati cessit, ut constat ex oratione funebri.

Nunc rursus ad propositum atque calamum ulterius ad Joannis abbatis historiae seriem, quo impraesentiarum nobis sermo, vertamus. Dolenda sane erat istius saeculi<sup>17</sup> conditio,

<sup>1</sup> redeunte, R. <sup>2</sup> hum., fehlt im C. <sup>3</sup> nostrae, fehlt im C. <sup>4</sup> brevia haec, C. <sup>5</sup> legisse, von zweiter Hb. in R. <sup>6</sup> ea, Conc. von zweiter Hand, haec, von erster Hand. <sup>7</sup> sequentem referens, R. <sup>8</sup> fehlt im C. <sup>9</sup> postquam sedit, R. <sup>10</sup> fehlt in R. <sup>11</sup> aevi, R.

\* Die Nachrichten aus Rom, welche Will seinem Geschichtswerke einverleibt hat, sind, wie er selbst sagt, aus dem Buche von Conlin: Roma sancta 1726, entlehnt; ferner, wie man vermuthen muß, aus den Erzählungen des Abtes Benedict Bischof von Gengenbach, der 1743 in Rom war.

<sup>1</sup> oratio, fehlt im C. <sup>2</sup> a privatim horas canonicas recitantibus addi in fine, prout consuetudo inolevit et mos iam habet, sit laudabile. C. <sup>3</sup> huius — maximo, fehlt im C. <sup>4</sup> Bon Sicut bis exercendo fehlt in R.

\* 1724—30. \*\* Will gibt in seinen geschichtlichen Aufzeichnungen wenig Mittheilungen über die Congregation der Benedictiner-Münster der Straßburger Diöcese. Auch die Gengenbacher Annalen werden für die Zeit von 1687—1747 sparjamer in der Mittheilung der Protokolle der capitula triennialia aus dieser Zeit. Nach 1674 theilten sie nur noch den recessus capituli triennialis von 1700 mit, welches in Ebersheim-Münster gehalten wurde. Der Fortsetzer der Gengenb. Annalen, P. Augustin Dornblüth, sagt, nach 1700 sei das erste capitulum triennale erst wieder 1715 und zwar in Altorf gehalten worden. Er gibt über dasselbe noch folgenden Aufschluß: Als visitator primarius ward dafelbst Abt Augustin Müller in Gengenbach, der Abt von Mauers-Münster als convisitor und der Abt Johann Ed von Ettenh. Münster als Secretär gewählt. Von 1726—1738 war der letzte Visitator. In welchem Zustande die Congregation unter dem Visitator Abt Joh. Ed sich befand, kann man aus folgenden Worten Dornblüth's entnehmen: „et licet ego, qua prior a rev. d. Joanne B. abbate Ettoniano, qui omnia documenta congregationis penes se habuit et protocolla ac recessus ipsemet confecit, dictos recessus congregationum ab anno 1715—1727 instanter expetieram, nihil tamen obtinui, sed respondebat, recessus istos sibi e suo conclavi ablatis fuisse.“ Eine außerordentliche Versammlung der Aelte der Congregation (desuper congregatos) meldet Will in seinem Jahrbuche S. 57 im Jahre 1718 wegen der Bestrafung eines Ettenheim-Münster. Laien-Bruders. Siehe über dasselbe auch Gengenb. Annalen 1718. p. 606. Will scheint erkannt zu haben, daß die Congregation der Straßburgischen Benedictiner in Verfall gerathen war, und vermied es deshalb, von derselben zu sprechen.